

DE VIRIS ILLUSTRIBUS

О ЗНАМЕНИТИМ МУЖЕВИМА*

Eusebius Hieronymus Stridonensis

Свети Јероним Стридонски

698 LIV. Origenes, qui et Ada-
B mantius, decimo Severi Pertina-
cicis anno adversum Christianos
699 persecutione commota, a Leonide
A Patre, Christi martyrio coronato,
cum sex fratribus et matre vidua,
pauper relinquitur, annos natus
circiter decem et septem. Rem
enim familiarem ob confessionem
Christi fiscus occupaverat. Hic
Alexandriae dispersa Ecclesia,
decimo octavo aetatis suae anno,
κατηχήσεων opus aggressus, post-
ea a Demetrio, ejus urbis episco-
po, in locum Clementis presbyteri
confirmatus, per multos annos
floruit: et cum jam mediae es-
set aetatis, et propter Ecclesias
Achaiae, quae pluribus haeresi-
bus vexabantur, sub testimonio
Ecclesiasticae epistolae Athe-

54. Ориген, који се зове и Ада-
мантије (Твртко), када је десете
године цара Севера Пертинакса
против хришћана покренут про-
гон, од оца Леонида, који се ра-
ди Христа овенчао мучеништвом,
остављен је сирот, са шесторицом
браће и удовом мајком у узрасту
од приближно седамнаест година.
Породично имање је због испове-
дања хришћанске вере заплењено
од стране државне касе. Овај је у
растуреној Цркви Александрије, у
осамнаестој својој години, преду-
зео рад са катихуменима, а касније
од Димитрија, епископа тога града,
уместо презвитера Климента ру-
коположен. Истицао се кроз многе
године, а када је већ био у средњој
доби, ради Цркава Ахаје, које су
биле оптерећене многим јересима,

* Изворник: J. P. Migne, PL 23, 698B–739A (Paris 1883). Наставак из претходног броја.

nas per Palaestinam pergeret, a Theoctisto et Alexandro, Caesareae et Hierosolymorum episcopis, presbyter ordinatus Demetrii offendit animum; qui tanta in eum debacchatus est insania, ut per totum mundum super nomine ejus scriberet. Constat eum, antequam Caesaream migraret, fuisse Romae sub Zephyrino episcopo, et statim Alexandriam reversum, Heraclan presbyterum, qui sub habitu philosophi perseverabat, adiutorem sibi fecisse κατηχήσεως, qui quidem et post Demetrium Alexandrinam tenuit Ecclesiam. Quantae autem gloriae fuerit, hinc apparet, quod Firmilianus, Caesareae episcopus, cum omni Cappadocia eum invitavit, et diu tenuit, et postea sub occasione sanctorum locorum Palaestinam veniens, diu Caesareae in sanctis Scripturis ab eo eruditus est. Sed et illud, quod ad Mammeam, matrem Alexandri imperatoris, religiosam feminam, rogatus venit Antiochiam, et summo honore habitus est: quodque ad Philippum imperatorem, qui primus de regibus Romanis Christianus fuit, et ad matrem ejus litteras fecit, quae usque hodie exstant. Quis ignorat et quod tantum in Scripturis divinis habuerit studii, ut etiam Hebraeam linguam, contra aetatis gentisque suae naturam edisceret: et exceptis Septuaginta interpretibus, alias quoque editiones in unum congregaret volumen: Aquilae scilicet Pontici pros-

путовао је у Атину преко Палестине на основу ауторитета црквене посланице. Од стране Теоктиста и Александра, кесаријског и јерусалимског епископа, рукоположен је за свештеника што је увредило Димитрија, који је по целом свету писао не би ли наружио његово име. Са њим даље беше овако: пре него што је дошао у Кесарију, био је у Риму код епископа Зефирина, и одмах, вративши се у Александрију, узео је себи за помоћника катихетске школе презвитера Иракла, који је под философским плаштом истрајавао и после Димитрија преузео управу над Александријском Црквом. Стекао је, између осталог, такву славу што се види када је Фирмилијан, епископ Кесарије, који га је, заједно са свима епископима Кападокије, позвао и држао га дуго код себе. И затим, када је приликом обиласка светих места Палестине, по васдан у Кесарији од њега бивао поучаван у Светом Писму. Али и даље: када га је Мамеја, мајка цара Александра, продуховљена жена, умолила да дође у Антиохију, где је био обасипан великом чашћу, одакле је цару Филипу, који је први од римских царева био хришћанин, и његовој мајци слао писма, која су се сачувала до данашњег дана. Има ли кога да не зна са коликом је марљивошћу прионуо на изучавање Светог Писма, да је чак јеврејски језик, насупрот времену и обичајима своје околине почео да учи, и узевши превод Седамдесеторице тумача и друга издања, све је

elyti, et Theodotionis Hebionei, et Symmachi ejusdem dogmatis, qui in Evangelium quoque κατὰ Ματθαῖον scripsit commentarios, de quo et suum dogma confirmare conatur. Praeterea quintam et sextam et septimam editionem, quas etiam nos de ejus bibliotheca habemus, miro labore reperit, et cum caeteris editionibus comparavit. Et quia indicem operum ejus in voluminibus epistolarum, quas ad Paulam scripsimus, in quadam epistola contra Varronis opera conferens posui, nunc omitto: illud de immortalis ejus ingenio non tacens, quod dialecticam quoque et geometriam, et arithmeti-
B cam quoque et arithmeti-
 cam, musicam, grammaticam et rhetoricam, omniumque philosophorum sectas ita didicit, ut studiosos quoque saecularium litterarum sectatores haberet, et interpretaretur eis quotidie, concursusque ad eum miri fierent: quos ille propterea recipiebat, ut sub occasione saecularis litteraturae in fide Christi eos institueret. De crudelitate autem persecutionis, quae adversum Christianos sub Decio consurrexit, eo quod in religionem Philippi desaeviret, quem et interfecit, superfluum est dicere: cum etiam Fabianus, Romanae Ecclesiae episcopus, in ipsa occubuerit, et Alexander Babylasque Hierosolymorum et Antiochenaе Ecclesiae pontifices, in carcere pro confessione Christi dormierint. Et super Origenis statu si quis scire velit, quid actum

у једну књигу спојио, тачније: *Аквиле* прозелита са Понта, *Теодотиона* Евионите, и *Симаха* присталице истог учења, који је на Јеванђеље по Матеју написао Коментаре, из кога се трудио да утврди своја убеђења. А мимо ових, *петти*, *шестти* и *седми* превод, које такође налазимо у његовој Библиотеци, са великом љубављу је преписивао, и са осталим издањима упоређивао. И пошто сам дао списак његових дела у посланицама које сам писао Павли, тј. у оној посланици упереној против Варонових дела, сада ћу га свесно испустити, не желећи, ипак, да прећутим ону величину његових бесмртних дарова. Он је дакле, дијалектику, а такође и геометрију, као и аритметику, музику, граматику и реторику и све философске школе тако изучио, да је имао прилежне слушаоце те светске књижевности, учећи их посведневно, да беше чудо Божије посматрати масу која се око њега стицала. Он је такве примао управо због тога не би ли их под видом световне учености увео баш у веру Христову. А о суровости прогона које је против хришћана подигао Декије, који је потпуно беснео против Филипове вере, кога је и убио, излишно је и говорити, у коме гоњењу је Фабијан, епископ Римске Цркве, и сам пострадао, као и Александар и Вавила, првосвештеници Јерусалимске и Антиохијске Цркве, који су у тамницама за веру Христову уморени. Ко жели да сазна шта је било са Оригеновом судбином, ка-

703 sit, primum quidem de epistolis
 A ejus, quae post persecutionem ad
 diversos missae sunt: deinde de
 sexto Eusebii Caesariensis eccle-
 siasticae historiae libro, et pro eo-
 dem Origene in sex voluminibus,
 poterit liquido cognoscere. Vixit
 usque ad Gallum et Volusianum,
 id est, usque ad LXIX aetatis suae
 annum; et mortuus est Tyri, in
 qua urbe et sepultus est.

LV. Ammonius, vir disertus et
 valde eruditus in philosophia, eo-
 dem tempore Alexandriae clarus
 habitus est: qui inter multa inge-
 nii sui et praeclara monumenta
 etiam de consonantia Moysi et
 Jesu elegans opus composuit, et
 evangelicos canones excogitavit,
 quos postea secutus est Eusebius
 Caesariensis. Hunc falso accusat
 Porphyrius, quod ex Christiano
 Ethnicus fuerit, cum constet eum
 usque ad extremam vitam Chris-
 tianum perseverasse.

B LVI. Ambrosius primum
 Marcionites, deinde ab Origene
 correctus, Ecclesiae diaconus,
 et confessionis Dominicae gloria
 insignis fuit, cui et Protoceto
 presbytero liber Origenis de
 Martyrio scribitur. Hujus indu-
 stria, et sumptu et instantia ad-
 jutus infinita Origenes dictavit
 volumina. Sed et ipse, quippe
 706 ut vir nobilis, non inelegantis
 A ingenii fuit, sicut ejus ad Orige-
 nem epistolae indicio sunt. Obiit
 ante mortem Origenis; et in hoc

ко се са њим збило, може онајпре
 из његових *Посланица*, које је после
 прогона слао различитим људи-
 ма, затим из шесте књиге *Црквене*
историје Јевсевија Кесаријског и из
 његових шест списа *За Оригена*, за-
 иста се може живо дознати. Живео
 је све до времена Гала и Волусија-
 на, тј. све до шездесет и девете го-
 дине свога живота и умро је у Тиру,
 у граду у коме је и сахрањен.

55. **Амоније**, човек речит и ве-
 ома образован у философији у исто
 време је у Александрији уживао
 сјајан углед. Међу многим дивним
 споменицима његових духовних
 моћи (способности) намеће се *Сла-
 тање Мојсија и Исуса*, дотерано дело
 које је саставио. Такође је израдио
 и *Јеванђељске каноне* које је доцније
 користио Јевсевије Кесаријски. Ње-
 га лажно оптужује Порфирије да је
 од хришћанина постао незнабожац
 пошто је (сасвим) сигурно да је до
 краја живота остао хришћанином.

56. **Амвросије**, најпре марки-
 онит, затим исправљен од Оригена,
 ђакон Цркве, због исповедања Го-
 спода стече велику славу. Њему је
 и свештенику Протоктету Ориген
 написао књигу *О мучеништву*. Ње-
 говом марљивошћу, предузимљиво-
 шћу и решеношћу охрабрен Ориген
 је безбројна дела израдио (=издик-
 тирао). Али и сам, с обзиром да бе-
 ше човек благородан, није био ли-
 шен духовности (књижевног дара)
 како сведоче његова писма упућена
 Оригену. Скочао је пре Оригенове

a plerisque reprehenditur, quod vir locuples amici sui senis et pauperis moriens non recordatus sit.

LVII. Tryphon, Origenis auditor, ad quem nonnullae ejus exstant epistolae, in Scripturis eruditissimus fuit. Quod quidem et multa ejus sparsim ostendunt opuscula, sed praecipue liber, quem composuit de Vacca rufa in Deuteronomio, et de Dichotomematibus, quae cum columba et turture Abraham ponuntur in Genesi.

LVIII. Minucius Felix, Romae insignis causidicus, scripsit Dialogum Christiani et Ethnici disputantium, qui *Octavius* inscribitur. Sed et alius sub nomine ejus fertur de Fato, vel contra mathematicos, qui cum sit et ipse disertus hominis, non mihi videtur cum superioris libri stylo convenire. Meminit hujus Minucii et Lactantius in libris suis.

B LIX. Gaius, sub Zephyrino Romanae urbis episcopo, id est sub Antonino Severi filio, disputationem adversum Proculum, Montani sectatorem, valde insignem habuit, arguens eum temeritatis, super Nova Prophetia defendenda, et in eodem volumine Epistolas quoque Pauli, tredecim tantum enumerans; decimam quartam quae fertur ad Hebraeos,

смрти, али је од многих прекореван што се као имућан човек није умирући сетио (у тестаменту) свог старог и сиромашног пријатеља.

57. Трифон, Оригенов слушалац коме су и упућене неке од његових сачуваних посланица, био је веома извезбан (опробан) у Светом Писму (Писмима). А ово показују на разним местима и многа његова дела, а нарочито књига коју је саставио *О црвеном ѿвечешу* у Законима поновљеним, и *О ѧарцадима* које су са голубом и грлицом биле узнешене Аврамом у Постању (како сведочи Постање).

58. Минуције Феликс, познати парничар (одличан адвокат), написао је дијалог хришћанина и незнабошца, научну расправу која је насловљена као *Окѧавије*. Али и други спис *О судбини или ѧрошћив матиешар* везује се за његово име. Мада је и ово (дело написано) од речитог човека, чини ми се да се са претходном (горњом) књигом не подудара у стилу. Овога Минуција помиње Лактанције у својим списима.

59. Гај, у доба Зефирина епископ града Рима, то јест за владе Антонина сина (Септимија) Севера. Издао је врло значајну расправу *Прошћив Прокла*, Монтановог следбеника оптужујући га за непромишљену махнитост (плаховитост) у браћењу Нових Пророштава. И у истом спису набрајајући само тринаест Павлових посланица, за четрнаесту, упућену *Јеврејима*, каже

dicit non ejus esse, sed et apud Romanos usque hodie quasi Pauli apostoli non habetur.

LX. Beryllus, Arabiae Bostrenus episcopus, cum aliquanto tempore gloriose rexisset Ecclesiam, ad extremum lapsus in haeresim, quae Christum ante incarnationem negat, ab Origene correctus. Scripsit varia opuscula, et maxime epistolas, in quibus Origeni gratias agit, sed et Origenis ad eum litterae sunt. Exstat dialogus Origenis et Berylli, in quo haereseos coarguitur. Claruit autem sub Alexandro, Mammeae filio, et Maximino et Gordiano, qui ei in imperium successerunt.

707 **LXI.** Hippolytus, cujusdam Ecclesiae episcopus, nomen quippe urbis scire non potui, rationem Paschae temporumque Canones scripsit, usque ad primum annum Alexandri imperatoris, et sedecim annorum circulum, quem Graeci ἑκκαίδεκαετηρίδα vocant, reperit, et Eusebio, qui super eodem Pascha Canonem, decem et novem annorum circulum, id est, ἑννεακαίδεκαετηρίδα composuit, occasionem dedit. Scripsit nonnullos in Scripturas commentarios, e quibus hos reperi: in ἑξαήμερον, et in Exodum, in Canticum Canticorum, in Genesim, et in Zachariam: de Psalmis, et in Isaiam, de Daniele, de Apocalyp-

да није његова. Међутим, и код Римљана до данашњег дана се сматра да она не потиче од апостола Павла.

60. Берил, епископ Бостре арабијске, сјајно је управљао Црквом, мада маловремено, јер је напоследку пао у јерес тако што је порицао Христа пре Оваплоћења. Ориген га је исправљао. Написао је различита дела (мања дела), понајвише посланице у којима узноси похвале Оригену, али и Ориген има писма упућена њему. Сачуван је *Дијалог између Оригена и Берила* у коме се разобличавају јереси. Додајмо да се истицао за владе Александра сина Мамејиног, и у доба Максимијана и Гордијана који су га наследили у царевању.

61. Иполит, епископ неке Цркве, у граду чије име, упркос свему, нисам могао да докучим, написао је *Каноне* по питању празновања Пасхе, који иду све до прве године цара Александра и о периодима од шеснаест година, које Грци зову ἑκκαίδεκαετηρίδα; давши тако прилику Јевсевију, који је саставио исте *Пасхалне Каноне*, али само на деветнаестогодишњи период, то јест ἑννεακαίδεκαετηρίδα. Написао је и неколике коментаре на Свето Писмо, од којих смо следеће пронашли: *На Шестдоднев*, *На Излазак*, *На Песму над њесмама*, *На Постјање*, *На Књигу Пророка Захарије*, *О Псалмима*, још и *На пророка Исаију*, *О пророку Данилу*, *О Ошкривењу*, *О Причама Соломоновим*, *О Књизи*

si, de Proverbiis, de Ecclesiaste, de Saul et Pythonissa, de Antichristo, de Resurrectione, contra Marcionem, de Pascha, adversum omnes haereses, et Προσομιλίαν de laude Domini Salvatoris, in qua, praesente Origene, se loqui in Ecclesia significat. In hujus aemulationem Ambrosius, quem de Marcionis haeresi ad veram fidem correctum diximus, cohortatus est Origenem, in Scripturas commentarios scribere, praebens ei septem et eo amplius notarios, eorumque expensas, et librariorum parem numerum, quodque his majus est, incredibili studio quotidie ab eo opus exigens. Unde in quadam epistola ἐργοδιώκτην eum Origenes vocat.

710 **LXII.** Alexander, episcopus
A Cappadociae, cum desiderio sanctorum locorum Hierosolymam pergeret, et Narcissus episcopus ejusdem urbis jam senex regeret Ecclesiam, et Narcisso et multis clericorum ejus revelatum est, altera die mane intrare episcopum, qui adjutor sacerdotalis cathedrae esse deberet. Itaque re ita completa, ut praedicta fuerat, cunctis in Palaestina episcopis in unum congregatis, adnitente quoque ipso vel maxime Narcisso, Hierosolymitanae Ecclesiae cum eo gubernaculum suscepit. Hic in fine cujusdam epistolae, quam scribit ad Antinoitas super pace Ecclesiae ait: Salutatur vos

Проповедниковој, О цару Саулу и ендорској врачарици, О Антихристу, О Васкрсењу, Проштив Маркиона, О Пасхи, Проштив свих јереси и уводну беседу *У њохвалу Госіода Сіасишеља* у којој назначује да говори у Цркви у Оригеновом присуству. Амвросије, о коме смо говорили, који је из Маркионове јереси дошао до праве вере, исправљен од Оригена, са друге стране, подстакао је Оригена не би ли се такмичио са Иполитом да испише *Коментаре на Писмо*, нудећи му седморицу и још више писара (секретара), и трошкове за њих и исти толики број преписивача, и још више са невероватном пажњом надгледао је повоздан његов рад, да га због тога у једној својој посланици Ориген и назива „Господар посла“ (Послодавац), ἐργοδιώκτην.

62. **Александар**, епископ Кападокије са жарком жељом према светим местима, стигао је у Јерусалим, када је Наркис епископ тога града већ као старац управљао Црквом. Епископу Наркису и многим његовим клирицима било је откривено (објављено), да ће наредног дана ући (у град) епископ, који ће бити помоћник свештеничке катедре. И тако се та ствар свршила, како је било и предсказано, а када су сви епископи Палестине били окупљени заједно, сам Наркис је понајвише био приморан да са њим прихвати вођење Јерусалимске Цркве. Овај на крају једне посланице, коју је написао антиноитима *О миру Цркве* каже: „Поздравља

Narcissus, qui ante me hic tenuit episcopalem locum, et nunc mecum eundem orationibus regit, annos natus circiter centum se-
 B decim, et vos mecum precatur ut unum idemque sapiatis. Scripsit et aliam ad Antiochenses, per Clementem presbyterum Alexandriae, de quo supra diximus, nec non ad Origenem, et pro Origene contra Demetrium; eo quod juxta testimonium Demetrii eum presbyterum constituerit. Sed et aliae ejus ad diversos feruntur epistolae. Septima autem persecutione sub Decio, quo tempore Babylass Antiochiae passus est, ductus Caesaream, et clausus in carcere, ob confessionem Christi martyrio coronatur.

C LXIII. Julius Africanus, cujus quinque de Temporibus exstant volumina, sub Imperatore M. Aurelio Antonino, qui Macrino successerat, legationem pro instauratione urbis Emmaus suscepit, quae postea Nicopolis appellata est. Hujus est epistola ad Origenem super quaestione Susannae:
 711 eo quod dicat in Hebraeo hanc
 A fabulam non haberi, nec convenire cum Hebraica etymologia ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, contra quem doctam epistolam scribit Origenes. Exstat ejus ad Aristidem altera epistola, in qua super διαφωνία, quae videtur esse in genealogia Salvatoris apud Matthaëum et Lucam, plenissime disputat.

vas Наркис, који је пре мене обдржавао епископско место и сада заједнички са истог управљамо молитве, у доби од стотину и шеснаест љета, и заједно вас молимо да имате једномислије“. Написао је и другу *Антихоијцима*, преко Климента свештеника у Александрији, о коме смо горе говорили, другу такође *Ориџену*, и *За Ориџена против Димитрија*, јер је по исказу Димитријевом, њега и рукоположио за свештеника. Али, постоје и друге његове посланице упућене различитим личностима. У оном седмом гоњењу, под Декијем, у време када је и Вавила страдао у Антиохији, одведен је у Кесарију и стрпан у тамницу, а за исповедање Христа овенчао се мучеништвом.

63. **Јулије Африканац**, од кога се сачувао петотомни спис *О временима – Хронологија*, предузео (*susccepit*) је посланство за обнову града Емауса, који је касније назван Никопол под царем Марком Аурелијом Антонином, Макриновим наследником. Његова је посланица *Ориџену о ишијању Сузанае*, за ову причу кажу да се у јеврејском тексту (јеврејштини) не налази (садржи), а нити се подудара са јеврејском етимологијом ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, против које је Ориген написао учену посланицу. Сачувана је друга његова *Посланица* упућена Аристиду, у којој понајвише расправља о разгласју (размиоилажењу) (διαφωνία) које се чини у Спаситељевој генеалогiji код Матеја и Луке.

LXIV. Geminus, Antiochenae Ecclesiae presbyter, pauca ingenii sui monumenta composuit, florens sub Alexandro principe, et episcopo urbis suae Zebenno, eo vel maxime tempore, quo Heraclas Alexandrinae Ecclesiae pontifex ordinatus est.

LXV. Theodorus, qui postea Gregorius appellatus est, Neocaesareae Ponti episcopus, admodum adolescens, ob studia Graecarum et Latinarum litterarum, de Cappadocia Berytum, et inde Caesaream Palaestinae transiit, juncto sibi fratre Athenodoro. Quorum cum egregiam indolem vidisset Origenes, hortatus est eos ad philosophiam, in qua paulatim Christi fidem subintroducens, sui quoque sectatores reddidit. Quinquennio itaque eruditi ab eo remittuntur ad matrem, e quibus Theodorus proficiscens, πανηγυρικὸν εὐχαριστίας scripsit Origeni: et convocata grandi frequentia, ipso quoque Origene praesente, recitavit, qui usque hodie exstat. Scripsit et μετὰφρασιν in Ecclesiasten brevem quidem, sed valde utilem.

C Et aliae hujus vulgo feruntur epistolae, sed praecipue signa

714 atque miracula, quae jam episcopus cum multa Ecclesiarum gloria perpetravit.

A

64. Геминије, презвитер Антиохијске Цркве, саставио је мало (оставио је нешто) споменика својих духовних моћи, истичући се за владе цара Александра и Зебенија, епископа свога града, односно нарочито у оно време у коме је Ираклије назначен првосвештеником Цркве у Александрији.

65. Теодор, који је касније прозван Григорије, епископ Неокесарије у Понту, док је још био младић прешао је у Берит Кападокијски, а затим у Кесарију Палестинску ради проучавања грчке и латинске књижевности, повевши са собом брата Атинодора. Када је Ориген спазио њихове изузетне способности, упутио их је на философију, у коју је помало уносио (нешто из) Христове вере, направивши (тако) од њих своје следбенике. Пошто су се пет година обучавали код њега, Ориген их је послао натраг мајци. У име обојице, Теодор је одлазећи написао Оригену захвални говор (πανηγυρικὸν εὐχαριστίας), кога је и произнео испред великог мноштва и у присуству самог Оригена, а тај говор се сачувао до дана данашњег. Написао је кратку, али врло корисну парافразу (μετὰφρασιν) *На Еклисијасџа (Пројоведника)*. Од њега потичу посланице написане једноставним говором (изразом), а нарочито је као епископ стекао велику славу у Цркви по знаковима и чудесима.

LXVI. Cornelius, Romanae urbis episcopus, ad quem octo Syriani exstant epistolae,

66. Корнилије, епископ града Рима, коме је Кипријан написао осам посланица које су се сачувале,

scripsit epistolam ad Fabium Antiochenae Ecclesiae episcopum, de synodo Romana, Italica, Africana, et aliam de Novatiano, et de his qui lapsi sunt; tertiam de gestis synodi (*Romanae an. 251*); quartam ad eundem Fabium valde prolixam, et Novatianae haereseos causas et anathema continentem. Rexit Ecclesiam annis duobus sub Gallo et Volusiano, cui ob Christum martyrio coronato, successit Lucius.

B

LXVII. Cyprianus Afer, primum gloriose rhetoricam docuit; exinde suadente presbytero Caecilio, a quo et cognomentum sortitus est, Christianus factus, omnem substantiam suam pauperibus erogavit, ac post non multum temporis electus in presbyterum, etiam episcopus Carthaginiensis constitutus est. Hujus ingenii superfluum est indicem texere, cum sole clariora sint ejus opera. Passus est sub Valeriano et Galieno principibus, persecutione octava, eodem die quo Romae Cornelius, sed non eodem anno.

C

LXVIII. Pontius, diaconus Cypriani, usque ad diem passionis ejus cum ipso exsilium sustinens, egregium volumen vitae et passionis Cypriani reliquit.

LXIX. Dionysios, Alexandriae urbis episcopus, sub Heracla

написао је *Посланицу Фабију епистокоју Антиохијске Цркве о Сабору римском, италијанском и африканском*. Другу (посланицу) *О Новацијану и о његовима који су њали*, трећу *О раду Сабора (у Риму 251. године)*, четврту врло дугачку (развучену, подугачку) упутио је истом *Фабију о узроцима Новацијанове јереси и непосредном проклињању (испе)*. Управљао је две године Црквом за владе Гала и Волусијана, од којих (због исповедања) Христа би овенчан мученичким венцем. Наследио га је Луције.

67. Кипријан Африканац, најпре је славно поучавао реторику, а затим је на наговор презвитера Цецилија, који му је и наденуо друго име (дао надимак), постао хришћанин и све своје имање је раздао сиромасима. И не после дуго времена изабран је на свештенство, а затим је постао епископ у Картагини. Сувишно је и правити списак дела његовог генија (*ingenii*), пошто су његова дела сјајнија од сунца. Страдао је у време владавине царева Валеријана и Галијена, за осмог гоњења (*persecutione octava*), истога дана у коме је у Риму страдао Корнилије, али не исте године.

68. Понтије, Кипријанов ђакон, све до дана његовог страдања сносио је са њим прогонство, оставио је изузетан спис о Кипријановом животу и страдању.

69. Дионисије, епископ града Александрије као презвитер под

715 scholam κατηχήσεων presbyter
 tenuit, et Origenis valde insigni-
 nis auditor fuit. Hic in Cypriani
 A et Africanæ synodi dogma con-
 sentiens, de hæreticis rebap-
 tizandis, ad diversos plurimas
 misit epistolas, quæ usque hodie
 exstant, et ad Fabium Antioch-
 enæ urbis episcopum scripsit de
 poenitentia, et ad Romanos per
 Hippolytum alteram: ad Xystum,
 qui Stephano successerat, duas
 epistolas, et ad Philemonem et
 ad Dionysium, Romanæ Eccle-
 siæ presbyteros, duas epistolas,
 et ad eundem Dionysium, postea
 Romæ episcopum, et ad Nova-
 tianum causantem, quod invitus
 Romæ episcopus ordinatus es-
 set, cujus epistolæ hoc exordium
 est: Dionysius Novatiano fratri
 salutem. Si invitus, ut dicis, or-
 dinatus es, probabis, cum volens
 secesseris. Est ejus ad Dionysium
 et ad Didymum altera epistola, et
 ἑορταστικαὶ de Pascha plurimæ,
 declamatorio sermone conscrip-
 tæ, et ad Alexandrinam Eccle-
 siam de exsilio, et ad Hieracam
 C in Aegypto episcopum, et alia
 718 de Mortalitate, et de Sabbato, et
 A περὶ γυμνασίου, et ad Hermam-
 monem, et alia de persecutione
 Decii, et duo libri adversum Ne-
 potem episcopum, qui mille an-
 norum corporale regnum suis
 scriptis asseverat, in quibus de
 Apocalypsi Joannis diligentis-
 sime disputat: et adversum Sabel-
 lium, et ad Ammonem Beronices
 Episcopum, et ad Telesphorum,

Ираклом (епископом) држао је катихетску школу и био је веома упечатљив Оригенов слушалац. Овај је, слажући се са Кипријаном и учењем Африканског синода о поновном крштавању јеретика, послао многе посланице различитим личностима, које су се сачувале до дана данашњег, као што је написао и једну *Фабију*, епископу града Антиохије *О кајању*, и другу *Римљанима* преко Иполита, две посланице *Ксисџу* који је наследио Стефана, две посланице *Филомену* и *Дионисију* свештеницима Римске Цркве, и истом *Дионисију* који је касније постао римски епископ, и *Новатијану* по питању тога да је хиротонисан за епископа мимо своје воље, од које посланице је следећи почетак: „*Дионисије Новатијану, брајски њоздрав. Ако си, ујркос својој вољи рукојоложен, докажи, и ѿада се добровољно ѡвучи*“. Његова је и друга посланица *Дионисију* и *Дигиму* и многе *О ѡразновању Пасхе*, написане узвишеним говором, и Александријској Цркви *О ѡројону*, и *Јераку ејискоју* у *Еџијџу*, и друге *О смрџносџи*, и *О сабајџу*, и *О вежбању* (περὶ γυμνασίου), и *Хермамону*, и друге *О Декијевом ѡнењу*, и две књиге *Проџив ејискоја Нејоџа* који је у својим списима тврдио да ће бити хиљадугодишњег телесног царства, у којима расправља о Јовановом Откривењу на изузетан начин, и *Проџив Савелија*, и *Амону ејискоју Беронике*, *Телесфору*, *Евфранору*,

et ad Euphranorem, et quatuor libri ad Dionysium Romanae urbis episcopum, et ad Laodicenses de poenitentia; item ad Canonem de poenitentia, et ad Origenem de martyrio, ad Armenios de poenitentia et de ordine delictorum, de natura ad Timotheum, de tentationibus ad Euphranorem. Ad Basilidem quoque multae Epistolae, in quarum una se asserit, etiam in Ecclesiasten coepisse scribere commentarios. Sed et adversus Paulum Samosatenum, ante paucos dies quam moreretur, insignis ejus fertur epistola. Moritur duodecimo Galieni anno.

и четири књиге *Дионисију, епископу града Рима, и Лаодикијцима о кајању*, исто *О кајању ујућену Канону (ад Сапонет)*, *Ориџену о мучеништвоу*, *Арменима о кајању и о њрекршајима оних који су у чину (клирика)*, *Тимошеју о њприроди*, *Еуфранору о искушењима*, *Василиду* тако много *Посланица*, где је у једној рекао да се прихватио да напише *Коментаре на Проводника*. Још и *Против Павла из Самосатне*, на свега неколико дана пре него што ће умрети, оставши ипак значајна посланица. Упокојио се дванаесте године владе цара Галијена.

В **LXX.** Novatianus, Romanae urbis presbyter, adversus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus invadere, Novatianorum, quod Graece dicitur Καθαρῶν dogma constituit, nolens apostatas suscipere poenitentes. Hujus auctor Novatus, Cypriani presbyter, fuit. Scripsit autem de Pascha, de Sabbato, de Circumcisione, de Sacerdote, de Oratione, de Cibis Judaicis, de Instantia, de Attalo multaue alia, et de Trinitate grande volumen, quasi
719 ἐπιτομὴν operis Tertulliani faciens, quod plerique nescientes,
А Cypriani existimant.

70. Новатијан, презвитер града Рима, покушаваши да преузме свештеничку катедру наспрот Корнилију, установио је новатијанско учење, које се на грчком зове катарско Καθαρῶν одричући отпадницима (палима) право на покајање (задобијање покајања). Творац овог учења) беше Новат (Новатијан), Кипријанов презвитер. Надаље, написао је *О Пасхи*, *О суботи*, *О обрезању*, *О свештенику*, *О молићви*, *О јудејским јелима*, *О ревности*, *О Ашалу* и многа друга; и велики спис *О Тројици* урадивши га као својеврстан извод (ἐπιτομὴν) из Тертулијанових дела, кога многи не знајући (погрешно) приписују Кипријану.

LXXI. Malchion, disertissimus Antiochenaе Ecclesiae presbyter, quippe qui in eadem urbe rhetoricam florentissime docuerat, adversum Paulum Sa-

71. Малхион, у беседништву врло способан свештеник Антиохијске Цркве, дакако да је у истом граду сјајно поучавао реторику, расправљао је у ходу против Павла

mosatenum, qui Antiochenae Ecclesiae episcopus dogma Artemonis instaurarat, excipientibus notariis disputavit; qui dialogus usque hodie exstat. Sed et alia grandis epistola, ex persona synodi, ab eo scripta ad Dionysium et Maximum Romanae et Alexandrinae Ecclesiae episcopos dirigitur. Floruit sub Claudio et Aureliano.

B **LXXII.** Archelaus, episcopus Mesopotamiae, librum disputationis suae, quam habuit adversum Manichaeum, exeuntem de Perside, Syro sermone composuit, qui translatus in Graecum habetur a multis. Claruit sub imperatore Probo, qui Aureliano et Tacito successerat.

C **LXXIII.** Anatolius Alexandrinus, Laodiceae Syriae episcopus, sub Probo et Caro imperatoribus floruit; mirae doctrinae vir fuit in arithmetica, geometria, astronomia, grammatica, rhetorica, dialectica. Cujus ingenii magnitudinem de volumine, quod super Pascha composuit, et decem libris de arithmeticae institutionibus, intelligere possumus.

722 **LXXIV.** Victorinus, Petavionensis episcopus, non aequae Latine ut Graece noverat.
A Unde opera ejus grandia sensibus, viliora videntur compositi-
one verborum. Sunt autem haec: Commentarii in Genesim, in Ехо-

Самосатског преко кратких брзописачких белешки, пошто је овај, као епископ Цркве у Антиохији, поново увео (обновио) Артемоново учење. Тај дијалог је сачуван до дана данашњег, као и друга велика посланица написана од њега по овлашћењу сабора, а упућена Дионисију и Максиму, епископима Римске и Александријске Цркве. Истицао се за владе Клаудија и Аурелијана.

72. Архелај, епископ Месопотамије, саставио је књигу својих расправа које је водио са манихејцима, на сиријском језику када је долазио из Персије. Ову књигу, која је преведена на грчки, имају многи у свом власништву. Истицао се у доба цара Проба кога су наследили Аурелијан и Тацит.

73. Анатолије Александринац, епископ Лаодикије Сиријске, истицао се у доба владавине царева Проба и Кара, био је човек сјајне учености у аритметици, геометрији, астрономији, граматичи, реторици, дијалектици. О величини његових дарова можемо сазнати из списка које је саставио: *О Пасхи* и из десет књига *О основама ариџметике*.

74. Викторин, епископ Петавијума, није подједнако био упознат са латинским и грчким језиком, што показују његова дела која су велика по замислима, али ниска по слагању речи (стилским решењима). Од тих су сачувана следећа:

dum, in Leviticum, in Isaiam, in Ezechiel, in Abacuc, in Ecclesiasten, in Cantica Cantorum, in Apocalypsim Joannis, adversum omnes haereses, et multa alia. Ad extremum martyrio coronatus est.

LXXV. Pamphilus presbyter, Eusebii Caesariensis episcopi necessarius, tanto Bibliothecae divinae amore flagravit, ut maximam partem Origenis voluminum sua manu describeret, quae usque hodie in Caesariensi bibliotheca habentur. Sed et in duodecim Prophetas viginti quinque ἐξηγήσεων Origenis volumina, manu ejus exarata reperi, quae tanto amplector et servo gaudio, ut Croesi opes habere me credam. Si enim laetitia est, unam epistolam habere Martyris, quanto magis tot millia versuum, quae mihi videtur sui sanguinis signasse vestigiis! Scripsit, antequam Eusebius Caesariensis scriberet, Apologeticum pro Origene, et passus est Caesareae Palaestinae sub persecutione Maximini.

LXXVI. Pierius, Alexandriae Ecclesiae presbyter, sub Caro et Diocletiano principibus, eo tempore quo eam Ecclesiam Theonas episcopus regebat, florentissime docuit populos, et in tantam sermonis diversorumque tractatum, qui usque hodie exstant, venit elegantiam, ut Origenes junior

Коментари на Поставље, На Излазак, На Књигу Левијску, На Исаију, На Језекиља, На Авакума, На Пророковедника, На Песму над њесмама, На Јованово Откривење, Прошав свих јереси и многа друга. На крају је био овенчан мученишћем.

75. Памфил презвитер, покровитељ Јевсевија епископа кесаријског, толиком љубављу је прионуо на Божанску библиотеку (Свето Писмо, Списе), да је највећим делом својеручно преписао Оригенове списе, који се до дана данашњег чувају у Кесаријској библиотеци. Нашао сам, тако: *На дванаесторицу пророка, 25 Ориџенових (ἐξηγήσεων) шумачења*, списе његовом руком исписане, које сам тако пресрео и са љубављу сачувао, као да сам се дочепао Крезовог богатства. А када је радост имати само једну посланицу Мученика, колико је тек на више хиљада редова, које су мени дате да их видим траговима његове крви попрскане. Написао је пре него што је исто учинио Јевсевије Кесаријски апологију *За Ориџена*, и страдао је у Кесарији Палестинској у доба Максиминовог прогона.

76. Пиерије, презвитер Александријске Цркве, у доба царева Кара и Диоклецијана, у време оно када је том Црквом управљао епископ Теона, сјајно је подучавао народ, и у беседама и различитим списима, који су се сачували до данашњег дана, доспео је до таквог савршенства (углађености),

723
A vocaretur. Constat hunc mirae, et appetitorem voluntariae paupertatis fuisse, scientissimum dialecticae et rhetoricae artis, et post persecutionem omne vitae suae tempus Romae fuisse versatum. Hujus est longissimus tractatus de propheta Osee, quem in vigilia Paschae habitum ipse sermo demonstrat.

LXXVII. Lucianus, vir disertissimus, Antiochenae Ecclesiae presbyter, tantum in Scripturarum studio laboravit, ut usque nunc quaedam exemplaria Scripturarum Luciana nuncupentur. Feruntur ejus de Fide libelli, et breves ad nonnullos epistolae. Passus est Nicomediae ob confessionem Christi, sub persecutione Maximini, sepultusque Helenopoli Bithyniae.

LXXVIII. Phileas, de urbe Aegypti quae vocatur Thmuis, nobili genere, et non parvis opibus, suscepto episcopatu, elegantissimum librum de Martyrum laude composuit, et disputatione acturum habita adversum Judicem, qui eum sacrificare cogebat, pro Christo capite truncatur; eodem in Aegypto persecutionis auctore, quo Lucianus Nicomediae.

C LXXIX. Arnobius sub Diocletiano principe Siccae apud Africam florentissime rhetoricam docuit, scripsitque adversum gentes, 726
A quae vulgo exstant, volumina.

да су га називали Млађим Оригеном. Одликовао се таквом уздржаности, био је одан добровољном сиромаштву и извежбан (обучен) у дијалектици и реторичкој вештини, а после прогона преостало време живота свога провео је у Риму. Његов је најдужи спис *О Пророку Осији* који треба беседом произнети очи Пасхе.

77. **Лукијан**, муж веома учен, презвитер Антиохијске Цркве, са прилежношћу је радио на Писму, да се данас неколико преписа (примерака) Св. Писма називају *Лусиана* (*Лукијанушама*, књиге *Лукијанке*). Од њега потиче књижица *О вери* и неколико кратких *Посланица*. Страдао је у Никомидији због исповедања Христа, у време Максиминових прогона, а сахрањен је у Јелинополису Витинијском.

78. **Филеја**, из египатског града који се зове Тмуис, од племенитог рода, и не малог богатства, поставши епископ саставио је сјајну књигу *О њохвали мученика* и расправу *Прошив судије*, који га је присиљавао да принесе жртву, на суђењу које је имао. За Христа је изгубио главу, страдавши у оним истим прогонима у Египту као Лукијан у Никомидији.

79. **Арнобије** је за владе Диоклецијанове у Сики афричкој сјајно подучавао реторику и написао *Прошив незнабожаца*, списе који се могу наћи посвуда.

LXXX. Firmianus, qui et Lactantius, Arnobii discipulus, sub Diocletiano principe accitus cum Flavio Grammatico, cujus de Medicinalibus versu compositi exstant libri, Nicomediae rhetoricam docuit, et penuria discipulorum, ob Graecam videlicet civitatem, ad scribendum se contulit. Habemus ejus Symposium, quod adolescentulus scripsit; ὁδοπορικὸν de Africa usque Nicomediam, hexametris scriptum versibus, et alium librum, qui inscribitur *Grammaticus*, et pulcherrimum de ira Dei, et Institutionum divinarum adversum gentes libros septem, et ἐπιτομὴν ejusdem operis in libro uno acephalo, et ad Asclepiadem libros duos, de persecutione librum unum, ad Probum Epistolarum libros quatuor, ad Severum Epistolarum libros duos; ad Demetrianum, auditorem suum. Epistolarum libros duos; ad eundem de Opificio Dei, vel formatione hominis, librum unum. Hic extrema senectute magister Caesaris Crispi, filii Constantini, in Gallia fuit, qui postea a patre interfectus est.

B

727

A

LXXXI. Eusebius, Caesareae Palaestinae episcopus in Scripturis divinis studiosissimus, et Bibliothecae divinae, cum Pamphilo martyre, diligentissimus pervestigator, edidit infinita volumina. De quibus haec sunt: Εὐαγγελικῆς Ἀποδείξεως libri viginti, Εὐαγγε-

80. Фирмијан, познат и под именом **Лактанције**, Арнобијев ученик, за владе цара Диоклецијана, заједно са Флавијем Граматичарем, чије су се књиге *О медицинарским стварима* у стиху састављене сачувале, био је позван у Никомидију да поучава реторику, али због недостатка слушалаца, јер то беше грчко насеље, посветио се писању. Имамо, тако, његову *Гозбу*, који је још написао у младалачкој доби, *Пушешествије* (ὁδοπορικὸν) *по Африци до Никомидије*, написан у шеснаестерачким стиховима, и још једну књигу која има наслов *Грамаџичар*, и најлепшу *О њеву Господњем*, и седам књига *О џемељима божанских ствари против незнабожаца* и *Извадке* (ἐπιτομὴν) из истог дела сложене у једној књизи без наслова (*асцефало*, без поглавља), и две књиге упућене *Асклејијаду*, једну књигу *О протонима*, четири књиге *Посланица Пробу*, две књиге *Посланица Северу*, две књиге *Посланица Димитријану своје слушаоцу*, и истоме једна књига *О Божијем делу или о стварању човека*. У својој најдубљој старости био је учитељ цара Криспа, Константиновог сина, који је био у Галији, који је касније био убијен од сопственог оца.

81. Јевсевије, епископ Кесарије Палестинске, био је најприлежнији у проучавању Св. Писма и заједно са Памфилом мучеником један од најизузетнијих истраживача Божанске библиотеке, издао је тако бројне списе, од којих су следећи: двадесет књига *Је-*

λικῆς Προπαρασκευῆς libri quindecim, Θεοφανείας libri quinque, Ecclesiasticae historiae libri decem, Chronicorum Canonum omnimoda historia, et eorum Ἐπιτομή, et de Evangeliorum Diaphonia, in Isaiam libri decem, et contra Porphyrium, qui eodem tempore scribebat in Sicilia, ut quidam putant, libri triginta, de quibus ad me viginti tantum pervenerunt; Τολκῶν liber unus, Ἀπολογία pro Origene libri sex, de Vita Pamphili libri tres, de Martyribus alia opuscula, et in centum quinquaginta psalmos eruditissimi commentarii, et multa alia. Floruit maxime sub Constantino imperatore et Constantio, et ob amicitiam Pamphili martyris, ab eo cognomentum sortitus est.

B

LXXXII. Rheticus Aeduorum, id est, Augustodunensis Episcopus, sub Constantino celeberrimae fama habitus est in Galliis. Leguntur ejus Commentarii in Cantica canticorum, et aliud grande volumen adversus Novatianum, nec praeter haec quidquam ejus operum reperi.

LXXXIII. Methodius, Olympi Lyciae, et postea Tyri episcopus, nitidi compositique sermonis, adversum Porphyrium confecit libros, et Symposium decem virginum, de resurrectione opus egregium contra Origenem, et adversus eundem de Pythonissa, et

ванђелској доказивања, петнаест књига *Јеванђелске пријреме*, пет књига *Бојоошкривења*, десет књига *Црквене историје*, *Хронолошке таблице ошшће историје*, и *Ешишоме* (*Сажешак*) из исте, и о *Јеванђелском нешодударању*, *На Исаију* десет књига, и *Прошив Порфирија*, који је писао у то време, како неки мисле, на Сицилији, укупно тридесет књига, али је до мене дошло свега двадесет, једна књига *О местима*; шест књига *Аилологије за Оријена*, три књиге *О Памфиловом живошћу*, друга мања дела *О мученицима*, веома учене *Коменшаре на сшошину* и *шесетш шсалама*, и многе друге списе. Највише се истицао за владе цара Константина и Констанција. Због свог пријатељства са Памфилом Мучеником, његово име је себи наденуо.

82. Ретикије, епископ епископ Аугустодунума у области племена Едуа. Био је на гласу у Галији за време Константина. Читани су његови *Коменшари на Пешму над шесмама*, и други велики спис *Прошив Новашијана*, и поред ова два нисам нашао ниједан други његов спис.

